



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Amandvs Episc. 6. Februarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

codem in calatho ver & autumnum offert. Miratur ille in hyeme rosas non flaccidas, miratur pomona non marcida, miratur certantem cum munere suo muncris bajulum, & jam non contentus vidisse horti munera, ad ipsos hortos Christianus per omnia tormenta penetrare contendit, quæ quidem ille, ut spinas generosè calcavit, dum animo volveret, quales rosas quereret. E. et Surio.

Quid istud negligentia, quid pigritia, imò quid recordia est, ut non crebris suspirijs & ferventissimâ affectione abrumpere hinc, & in illa tam felicia agmina jaculari animos studeamus? S. Bern. serm. §. de om. SS.

S. A M A N D V S E P I S C. 6. Februarij.

Quid juventus, quid ætas virilis facis? Munendum & cum mundo patrem AMANDVS puer vicit, & cum Religioso negaturum se ille hereditatem minaretur, amplam sibi hereditatem suppetere in cœlo respondit; caveret ipse parens, ne hic excideret. Romam deinde ad D. Petri supplex avit. Hunc ibi in somnis vidi, & auctorem habuit Galliae repetendæ. Sed & in puppi eundem tēpestate iactatus patronum conspexit. Iam Trajectensi insula condecoratus cum reo, cui laqueo gula frangenda erat, servare precando apud immitem judicem non posset, vitam ablatam certè precando apud Deum restituere potuit. Regis Dagoberti filium (Sigebertus fuit) cum fonti lustrico admovet, precibusqne Divi nemo verbum solemne Amen subjiceret, id ipse infans XL. tunc dies natus subjecit, unico verbo, & in AMANDI, & suas laudes facundus. Non nemo quod famam AMANDI lacerasset, carnificem dæmonem sensit, suisque manibus laceratus oppetiit. Alij qui mortem Divo

machina-

Feb. VITÆ S A N C T O R V M . 75

machinabantur , oculis amissis facinus suum , & cum hoc post preces illius , diem iterum viderunt . Feminæ quoque lucem restituit , cùm primùm arborem illa aggressa est exscindere , quam divinis antè honoribus (cæca utique) coluerat . Mortuum Aldegundis virgo in cælum vidi deduci ab obviâ candidatorum turbâ , audiitque eos hos esse , quos verbis viteque exemplis prior ipse cælo transmisserat . Nimirum hæc denique generosa indoles est , hi digni hominc spiritus , nolle solum , sed cum comitatu , & clientelis cælum ingredi . Ex Milo . Monacho .

*Q*ui sperat in Deum , ac toto corde in ejus gloriam luminum seorum desigit aspectum , ad in janissimas vanitates consecratos semel Deo non debet oculos resorquere . S. Max . hom . de Circumcis .

S. B R Y N O L P H V S E P . 6. Februarij .

Natales BRYNOLPHVS domi nobiles foris amplius nobilitavit . Luteriam Parisiorum profectus egit Musas inter ipsos duodeviginti annos , nec invito Apolline . Siquidem hic doctrinam ejus Scarenſi infulâ coronavit . Tantum abest , ut generis splendori officiat Musarum commercium . Quin imò literatæ huic infulæ armatam coronam Rex Magnus Ladelos submisit , quando BRYNOLPHO ad genua supplex palam descendit , & mensæ adhibuit . Sed quid virtutis testem hominem adduco , cùm cælum habeam . Precantem ad tumbam BRYNOLPHI D . Brigitam suavissimi odores afflauunt . Miranti supervenit cum ipso BRYNOLPHO FILIOQUE MAXIMO MATER MAGNA , & His , (simul oculis digitoque BRYNOLPHVM loquebatur) hic est , dixit , qui me dum vixit , vitâ chariorem

D 2

habuit